

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

post sub eodem fere tempore inquieti et malesani Boemi aspernantes turpiter rursus reiecerunt, licet eum antehac solennissime in publico conventu in regem suum Boemiae elegerint et coronarint. Hos pari insania paulo post Hungari, Moravi, Silesii, Lusatii Austriacique consecuti sunt, nec dubium Styrios Carinthiosque similia attentaturos fuisse, si hac in parte aliquem felicem progressum apud supra dictos animadvertissent. Austrii tam superiores quam inferiores praesertim iactatores evangelici eum legitimum suum verissimumque haeredem et dominum recipere quibuscunque potuere modis et rationibus restiterunt, donec tandem a Duce *Maximiliano* Bavaro devicti id coacti tandem praestiterunt, quod ante sponte sua facere recusarunt. Interim duces rebellionis mature sibi fuga consuluerunt, immo insani Boemi non contenti de temeraria illa sua reiectione id etiam summopere laborantes conati sunt, quatenus eum de imperio Romano consequendo impedirent. At etiam iidem serius tamen suo magno incommodo et malo atque adeo perpetua ignominia cum suo fictitio rege didicerunt, quid sit deo eiusque suavissimae dispositioni et ordinationi resistere. Quae omnia, ut de multis aliis taceam, si quis gestis alicuius prioris Caesaris conferre voluerit, nescio sane an dicere audeat, nihil hoc tempore factum esse, quod non factum sit prius. In his omnibus adversitatibus nemo unquam aut vidit aut animadvertit constantissimum hunc Caesarem vel aliquanto tristioerem vel perturbatioerem vel in aliquo minimo alteratum; sibi perpetus constans permansit. Quod si tamen cum aliquo Imperatore ex praecedentibus Romanis Caesaribus conferendus erit, nulli omnium bonorum iudicio magis comparandus videtur quam cum piissimo Caesare Theodosio, de quo ita scriptum legimus: „Theodosius iure optimo inter divos Caesares numerandus, cum omnia bella divinis auspiciis gereret ac nomen unicus et immortalis dei signis et vexillis in scriptis deferret, non solum homines et arma sed etiam ipsos ventos auxiliantes habuisse dicitur“. Nec minus illud vere de eodem Theodosio, qui aiebat: „Maledicentem nostrae authoritati paene nolumus subiacere, quoniam si ex levitate dixerit, contemnendum est; si ab insania mentis, ei miserendum est, si ab iniuria, remittendum“. Quid verius in hoc nostro piissimo Caesare? Qualia autem hoc integerrimum caput aliquamdiu pertulit, eadem sua cohaerentia viva membra ad tempus cum illo pertulere. Quis enim unquam legit catholicos antistites praesertim in his provinciis in tantis angustiis et malis aliquando versatos esse, in quibus Austriaci domini praelati iam ab anno 1608 usque ad praesentia tempora versati sunt? In quibus temporibus sibi quotidie expectandum vide-